

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio ca  
cum fontibus proximo, medio et primo

Puella in domo paucis arbitris surgit  
et eis ut nemini  
manifestent precipit.  
Iuuenis extra portam turba comittante.  
Lazarus quoque coram multis  
quia publica noxa publico eget remedio,  
leuis leuiori et occulta culpa secreta  
indiget penitencia.

Rabanus super illud Matthei IX.:  
Puella surge et surrexit puer.

**Et tenuit manus eius....**

Pro quo sunt deuote sorores.  
id est. solícite cogitationes:

Puella iam in domo paucis arbitris surgit:  
et eis vt nemini  
manifestent precipitur.

Iuuenis extra portam multa turba comitante  
Lazarus quoque coram multis:  
quia publica noxa publico eget remedio.  
leuis leuiori et secreta  
potest deleri penitencia.

*Glossa ordinaria, liber euangelii secundum*  
*Mattheum, 9.25 (Biblia Latina cum glossa*  
*ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

→

Sed et hoc notandum, quod,  
quia publica noxa publico eget remedio,  
leuia autem peccata leuiori et secreta  
queunt paenitentia deleri,  
puella in domo iacens paucis arbitris exsurgit,  
eisdemque uehementer, ut nemini  
id manifestent, praecipitur.

←

Iuuenis extra portam turba multa comitante  
atque intuente suscitatur. Lazarus de  
monumento uocatus in tantum populis innotuit,  
ut ob eorum qui uidere testimonium plurimae  
Domino turbae cum palmis occurrerent et  
multi propter illum abirent ex Iudaeis et  
crederent in Iesum.

Rabanus Maurus, *Expositio in Mattheum*, 3  
(CCCM 174, B. Löfstedt ed., pp.280-1,  
ll.53-60).

Sed et hoc notandum quod  
quia publica noxa publico eget remedio  
leuia autem peccata leuiori et secreta queunt  
paenitentia deleri  
puella in domo iacens paucis arbitris exsurgit  
eisdemque uehementer ut nemini  
id manifestent praecipitur.  
Iuuenis extra portam turba multa comitante  
atque intuente suscitatur. Lazarus de  
monumento uocatus in tantum populis innotuit  
ut ob eorum qui uidere testimonium plurimae  
domino turbae cum palmis occurrerent et multi  
propter illum abirent  
ex Iudaeis et crederent in Iesum.

Beda Venerabilis, *In Marci euangelium*  
*expositio*, 2.5 (CCSL 120, D. Hurst ed., p.501,  
ll.495-504).